



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

De magnanimitate. Cap. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

28^o Fratres ergo nostri, præter eam communem gratiarum actionem, quæ usu lentescere solet, penitentiorem aliam, honestiorem, ac utiliorem intimis visceribus defigant, & perennibus aspirationibus augeant: sic enim munificentissimus Deus, qui benefaciendi occasiones captat animos eorum gratitudinæ patentes maioribus bonis explebit.

De Magnanimitate. Cap. XVIII.

1 **Q**ui beneficia maxima Clementissimo Deo se debere perspicit, quod est gratitudinis, magna moliri debet; ut pro captu suo gratiam referat: ex quo efficitur, ut magnanimitas virtus propria sit, eorum, quos Deus magnis auxit beneficijs: cuiusmodi Fratres nostros esse à nemine in dubium reuocari potest.

2 Est autem magnanimitas virtus, qua animus extēditur ad magna; utpote, fortitudinis comes, cuius est egregia facinora patrare: sed ē habet in Irascibili, eiusq; materia, est honor magnus, seu gloria,

gloria, non quia gloriã exquirat, vt finẽ (hoc. n. parum esse putat) sed opus magnum, quod honore dignum est: ac ob id virtutibus vniuersis nobilissimum addit ornamentum.

3. Percurrit quippe campos omnes, & castra Dei viuentis, hoc est, virtutum agmina, celestibus armis septa perlustrat, vt grandia præstent: nec enim magnanimitas mediocri laude contenta est.

4. Hinc est, vt virtutis huius Christi militibus dignissima honestas adeò mirabilis sit, vt vel ipso nomine sui æstimationem frangularem generet. Magnitudinem in Dei operibus exquirat: cor ad progressum pulsat: & ignauiam omnem, seu debilitatem execratur.

5. Quem ergo virtus hæc speciosissima non alliciat, cum nemo sit, cui pro humana conditione magnitudo non placeat?

6. Ex hoc verò magnarum rerum proposito insignia emolumenta nascuntur: certum est enim, eum, qui Cardinalitiã dignitatem expetit, plura, & maiora paraturum, quàm si alicuius Ecclesiæ simplicem

placem prælationem quæreret: dum enim purpuram mente versat, si conatus eo non pertingunt, Episcopatum saltem attingunt: at si solum Ecclesiæ prælationem illam optaret, vix unquam exilibus medijs Sacerdotium simplex acquireret.

7. Sic sanè, in Christianæ perfectionis conatibus usu venit: qui enim Sanctissimos Patres, (quos in Ecclesiæ colimus senatu) æmulari decernit, licet eò non perueniat, excelsam tamen, pro magnanimitatis modo, sanctitatem adipiscitur: at qui humilitatem quandam apparente, sed verà ignaviam prætexès parua cogitat, vix unquam, vt exēpla quotidiana conuincunt, in clauastro mediocriter proficit.

8. Pater ergo magnanimos diuites esse sed non anxietatem, ad miram delectationem ex diuitiæ pariunt: quid enim delectabilius, quam ea cordis generositate pollere, quæ parua despiciat, labores parui faciat, cœlo propinquet, ac Deo se magnis incrementis augeri conspiciat: innatum quippe homini est, magni patrimonij, hæreditatis, seu di-

dignitatis magnæ, & vniuersæ rerū magnarum possessu lætari : præterquam quòd animos huic virtuti deditos, quali diuinos, quia sibi admodū similes, Deus ardentissimè amat, & proinde cœlesti voluptate perfundit.

9 Hæc ergo virtus Fratribus nostris ad magna vocatis acceptissima sit : & ad propositam eis palmam comparandam instituti nostri stadium excelso corde percurrant . Sed actus magnanimitatis exprimamus.

E X E M P L V M.

ACTVS INTERNI.

10 **E**Xcellentissime Deus, quem sine cordis erectione non possum attingere, cupio Apostolicas virtutes comparare.

Imprime, fortissime Deus, robur magnum cordi meo ; desidero enim heroicis virtutum actus producere, propter te.

Despico, altissime Domine, omnes mūdi honores, & fastus calco, vt supra mundum extollar ad te.

Vt-

Vtinam, potentissime Deus, vniuersam mundi claritatem, & famam, nunc haberem; non vt possiderem, sed vt cōtemnerem propter te.

Opto Domine Iob patientiam assequi.

Vtinam te more Pauli diligerem.

Vtinam me, sicut Magdalenam peccatorum meorum pœniteret.

Certè clementissime Deus daturus sum operam, vt Angelico more in terris viuam.

Conabor Domine occasionem pro te martyrium subeundi perquirere.

Quoties quid arduum in cultu virtutum occurreret, ego, dulcissime Deus, me offeram pugnaturum propter te.

Absit à me, Domine, vt animum depōdeam à Christiana perfectione comparanda.

In mandatis tuis excellenter exercebor; & considerabo vias tuas: In iustificationibus tuis intentissimo corde meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Actus hi cor erigunt, & contra incurstantia mala constabiliunt, sed ho-

rum veritas operibus examinanda est.

ACTVS INTERNI.

11 **C**Apit vnum animis grandibus familiarissimum est, in quouis nēpe Cœnobio quoscunque prouectissimos æquare conari; vt, si exempli gratia, modestiæ, silentij uè cultu conspicuum videant, donec dum gradum attingant, minimè requiescere. Deinde animaduertendum est (quod in cap. de Obediētia indicauimus) nōnulla esse opera verè grandia, quæ nisi audentibus, & poscentibus superiores non iniungunt: quod & prudentia, & charitas Christiana deposcit: cuiusmodi sunt, longissima ieiunia; diurnæ admodum vigiliæ; asperrimæ catenæ ferreæ; molestissima cilicia corpus fere totum obtegentia tenuissima, & vnica vestis rigidissima hyeme: nauigatio ad remotissimas nationes: certa martyrij occasio: & huiusmodi alia, quæ certo numero nequeunt comprehendi.

12 Hæc ergo virtus magnanimitatis aggredditur, & innixa Dei auxilio à superioribus re-
re po-

re postulat: quo certe ausu, mirum dictu est, quàm insigniter crescat: sic enim, spirituale subditorum robur superiori innotescit: qui re perspecta, illis ad grandia utitur, vel si expediat postulata concedit.

13 Huc Fratres nostri spe firmissima suspirent, si alicuius ponderis lucra parare velint: quod ne durum videatur, rationes has meditentur.

14 Qui inter antiquos Christianæ lucis exortes, fama, præ cæteris, claruerunt, quod vulgatissimis constat historijs, ad magna semper aspirarunt: notum enim exemplum Alexandri, qui cum in æternum parvus futurus esset, magni cognomētum apud homines adeptus est: cuius certe magnitudinis originem, si scrutari velimus; perspiciemus, ingenium illud ad magna erectum, nec mundo vno contentum, nominis illius causam extitisse: & tamen modicū est, quod obtinuit: quid ergo æquum sit, animis statuam, qui ævo sempiterno magni esse deliberant?

15 Multa huius generis, quæ Iesu Christi famulis ignaviam exprobrant, passim
cele-

celebrantur: cuiusmodi est Lacedæmoniorum regnum florentissimum, quod non aliunde, quàm ex magnanimitate, nō solum virorum, sed mulierum quoque concrevit: familiare quippe viri sexui erat, pro virtute colēda, honorem vitamque contemnere.

16 Romani quoque, qui ad vltiores metas imperium protēderunt, si vera fateamur, magnanimitate orbē subiugarunt: animis quippe grandia cogitantibus res pro voto succedebant, & tamē siue Lacedæmones, siue Romani, siue alij quicumque Christi expertes, erant flammis æternis vrēdi, & infamia perpetua notandi: cur ergo, qui cum Deo regnare cogitant, parua non spernant, & heroicis ad regnandum conatus adhibeant?

7 Verum quæ de gētibus ijs à nobis dicta sunt, sanè videntur parua, si cum militum Iesu Christi facinoribus comparētur: maius quippe, sine controuersia est, proprium appetitum, quàm in re quid, & Martyres, & Confessores, & Virgines præstiterint, nostris aper-

tum

tum est. Constantissimè quippè malis
occurrerunt: mundum proculcarunt:
carnem domuerunt.

18 Propterea nō apud Deū modò, sed
apud homines vniuersos, & ipsos quo-
q; tyrānos, à quibus cædebātur, immor-
tale sibi nomen pepererunt & quod ad
instructionem Ecclesiæ spectat, horum
tantum, qui mediocribus contenti non
fuere, nomina recēsentur, & laudantur.
Cæteros verò mediocres, aut igna-
uos Christianos, quasi nati non fuissent,
minimè commemorat, quia propter
exigua merita parum laude dignos exi-
stimat.

19 Et quidem, quod ad nostram etatem
pertinet, exceptis aliquot viris, & fœmi-
nis sanctitate, quā numero auctiorib⁹,
de quorum relatione inter sanctos agit
Ecclesia: cæteri, qui animo parum virili
laborāt, quasi mortui putātur, nec ijsūt,
quorum vita multam Christo laudem
acquirat.

20 Certè magnanimorum est, illustria
exēpla Sanctorū, & recentia præsertim,
quæ quasi viuæ vocis energiā lentos a-
nimos carpunt, imitari, nō ob laudem,
N quam

quam minimi requirunt, sed ob sancti-
moniam, quæ omninò à Christi famu-
lis exquirèda est. Quid enim mali, desi-
des illi, qui eam non affectant, non intu-
lerunt?

21 Constat profectò desides animos in
claustris, & sibi tædium, & alijs scanda-
lum creare: cum enim ardua formidèt,
ipso metu difficiliora veris suspicantur,
& fugam meditantur: ex quo alij, qui
audire cupiunt, meritò cōmouentur, &
fugam ignauorum improbant: si verò
tentati probent, à cœptis grandibus de-
sciscūt: quo nihil peius bono commu-
ni accidere potest.

22 Illud autem mirū videtur, omnes
videlicet mūdo renunciātes (si de vera
sui abnegatione sermo habeatur) pri-
mo tempore illo, altum sanctitatis pro-
positum concipere quin & omnes sub
initium, ad opus grande conari: & tamē
successu temporis, mediocritatē quan-
dam degenerem amplecti. Profectò
mirum est.

23 Si enim magna præmia certanti pro-
posita non fuissent, & quicquid homi-
nis cor expetere valet, per magnos co-
natus

natus se cumulatissimè adepturū non speraret:mediocrem illum famulatum pratexere possit : Vt cum amplissimæ Dei pollicitationes mortuos ad vitam, & labores magnos excitare videantur: nescio, quomodò genua militum Christi debilia languent.

24 Quòd si præmia, quia futura non mouent, instantia certè prælia sæuissimorum hostium sine magnanimitate reprimi nō possunt: quā in re mirandū est, filij hui⁹ sæculi quantò prudentiores filijs lucis sint . Cœperant Hebræi magnanimitè agere, cū allata fœderis arca, venit Deus in castra, & clamore perfonuit terra : & tamen Philistæi contra obrepentem formidinem Dei, & clamoris, qui ad eos vsq; perferabatur, se validissimè adhortabantur aiētes: Esto te viri fortes: nè seruiatis Hebræis . Si ergò contra Deum homines reprobi magnanimitè audent : cur electi, in quorum castra venit Deus, animo cadant, & à Philistæis superentur?

25 Paulus certè, quæ retrò sunt obliuiscens, & ad ea, quæ instabant, se fortiter extendens, ad brauium supernæ vocationis,

tionis, per hostes medios festinabat: & hoc militiæ genus cœnobîa, inter omnes Ecclesiæ partes accuratissimè didicerunt, nè sint Apostolicæ fortitudinis expertia.

26 Verùm, nè ad longinqua pergamus, domesticum, & profectò illustrissimè B. Virginis Teresiæ habemus exemplum, quod licet à nostris non ignoretur: commendandum tamen, nè minùs, quàm par sit, expédatur. Inter omnes quippè cœdis illius excelsas virtutes, magnanimitas clarissimè resplenduit.

27 Si enim huius virtutis est, mediocre cœspicere, magnaque adorari: quid illud mediocre, aut quid non magnum aggressa fuit? Certè animus fœmineo corpore septus virilis erat: & propterea orbem totum complexus est. Quis enim vnquam audiuit, à muliere Religionem virorum condi, vel reformari? Mulierem, de Infidelium salute anxiam, cœ sua vota operaque dirigere? Vix hæc a viris fortissimis sperantur: quomodo ergò mulier mille morbis obnoxia, mille insectationibus vexata, re, vt apparet, parebat, ob impedimenta grauissimè

ſæpè desperanda, in ſpem contra ſpem credidit, & ſupra multorum fidem vicit? Nihil responderi aptius poteſt, quàm magnanimitati omnia cedere.

28 Fratres ergò noſtri, tametiſi conſiſtât aduerſus eos caſtra, nobiliſſimę Virginiſ, & matris noſtrę ſe filios exhibeant, & in cultu virtutum, nihil non magnū ſatis eſſe credant: congreſſibus vitiorū, & hoſtium viriliter aſſueſcant; & ad ſanctorum conſortium, honeſtiſſimâ (ſi oportuerit) morte ſuſpirent.

De diligentia.

Cap. XIX.

1 Nihil non modò magnum, quod eſt eius virtutis, quam proximè commendauimus, ſed nè bonum quidem, ſine diligentia, quę & appellatur ſollicitudo, præſtari poteſt.

2 Eſt autem diligentia animi ſtudioſum, cum expeditione ad aliquid agendum, & pertinet ad prudentiam, è cuius acie virtutem hanc ſolam elegimus; quod tractatus prudentiæ iunioribus fratribus parùm congruat: tota quippè illorum prudentia in vno Ma-